



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

235 Clausula salutaris in beneficiis permuta[n]dis quotidiana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

& limitationibus regeretur atq; coërceretur; inter quas est & hæc ne leuibus vnquã de causis permutatio beneficiorum vel vlla profus alia resignatio permittatur: vt in Ecloge Bullarum & Motu-propriorum Pij quarti, Pij V. & Gregorij XIII. Lugduni apud Carolum Pefnotium anno Domini 1582. edita videre est pag. 79. & rursus pag. 94. Facit ergo sola materiã contractui subiectã varietas, vt nunc admittantur conditiones & leges nunc nõ admittantur. Prophanã quidem res in commercium veniunt sub quibuscumque legibus atque conditionibus, res autem sacrã sanctã religio- sã non veniunt in commercium per sese, sed si quando super iis iure quodam singulari contractus aliqui permittantur, non nisi certis id limitibus conceditur, vt in beneficiorum per- mutatione passim declarauimus. nẽpe, permu- tationem quidem beneficiorum fieri posse, sed absque pactis vllis permutantium, solius nutu collatoris ordinarij. Quocirca nisi Bonifacia- na foret hæc ipsa Constitutio, cum Clemen- tina, clausulã nullã salutare possent vel Ex- pectantes istos excludere, vel collatores ordi- narios à collatione libera siue quibuslibet aliis quã permutantibus faciẽda prohibere; quan- tumlibet centies millies dixissent in resignan- do protestatiq; fuissent hi permutaturi, *Non aliter nec alias nec alio modo.* Verũm, post huius benignissimã beneficentissimãque Constitu- tionis Bonifacianã promulgationem, postq; Clementinã, nihil est inter permutaturos

234
Rerũ prophã-
nariũ & spi-
ritualium vel
spiritualibus
an exarum
discrimen in
commercis
faciendis.

235
Clausula sa-
lutaris in be-
neficiis per-
mutãdis quo-
tidiana.

hac

hac salutari clausula frequentius : immò semper inesse censebitur vt maximè non fuerit expressa, sicuti contingit in stipulatione dotis. d. l. stipulationem. ꝑ. de iure dot. Pergamus ad hanc igitur Clementinam.

CLEMENTINA unic. de rer. permut.

Clemens V. in Concilio Viennensi.

NE concessione iuris utentibus præsertim circa spiritualia illudatur, si qua beneficia ex causa permutationis ab aliquibus resignata, aliis quam ipsis permutare volentibus conferantur, nullius hoc esse volumus firmitatis.

Miretur fortè quispiã cur hanc fecerit constitutionem Clemens quintus, cùm iam per superiora iura maximèque per Bonifacianam securitati permutatium satis videretur esse consultum. Nam si permutantes præferantur Expectantibus Pontificiis, quibus beneficia primùm vacatura sunt affecta, quantò magis præferentur quibuslibet aliis nullum planè ius ante vacationem vel habentibus vel prætendentibus at sola collatione quæ nunc fit omnino voluntaria spontaneaque nixis, nemine scilicet ordinarium collatorem cogente vel vrgente? Nostros Interpretes hùc non sensisse scrupulum, submiror; igitur ad hunc eximendum sic equidem sentio; Bonifacianam non satis clarè beneficiorù quorumlibet permutatores expectantibus vel aliis quibuslibet præferre: primò quod nominatim loquatur de beneficiis ad solius Episcopi collationem pertinentibus,

236
Quorsum Clementina fuerit opus post Bonifacianã de rer. permut.

i ij tibus,